OPVS QVOD IVDICIALE INQVISITORVM DICITVR,

PER F. VMBERTVM LOCATVM PLACENTINVM, INQVISITOREM, SACRAE THEOLOGIAE PROFESSOREM

EX DIVERSIS EIVSDEM SACRAE Theologiæ, & I. V. D. extractum.

CVM ADDITIONE NONNVLLARVM quæſtiuncularum, & deciſionum quorumdam notabilium caſuum tam in Vrbe, quam Placentiæ diſcuſſorum,

AC FORMVLIS AGENDORVM in fine poſitis.

CVM DVPLICI INDICE.

Es dela Comp.ª de Ihs de Salᵃ. y de la libreria

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

ROMAE

Apud Hæredes Antonij Bladij impreſſores Camerales,

Anno. M. D. LXVIII.

AD BEATISSIMVM PIVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM

FRATER VMBERTVS LOCATVS

Theologorum minimus, ac vniuerſalis hæreticæ prauitatis Inquiſitionis Commiſſarius generalis.

OPVSCVLVM *hoc, beatiſs. Pater, quod pro hæreticæ prauitatis Inquiſitorum cataphygio ex diuerſis theologiæ, ac iuris vtriuſque profeſſoribus excerpſi, in publicum prodire cupiens; cum ſudore adhuc madeat; vtpote qui ex accuratis laboribus recens emerſit, ne detractatorum turbinibus afflictus, pleuritidem incurrat; tuum, ſanus adhuc, magis videtur auere præſidium; quam pituitam poſtmodum paſſus, medicorum cogatur implorare ſuffragia.* Nam quum tu aliàs omnibus huius *negotij iudicibus diu, & egregie præfueris; nuncque totius reipublicæ chriſtianæ monarcham agas perfectiſsime, tua interreſſe putat; pro catholicæ, & apoſtolicæ fidei cauſis ad te recurrentes & feſtiue accipere, & fouere leniter. Et quia quicquid erga fidei reos iudex ſit facturus, liber complectitur; tu iudicum iudex & hilari vultu ſuſcipere, & benigniori eum proſequi fauore dignator. Verum ſi quid correctione dignum in illo offenderis; tua, cui & ſcripta a me & ſcribenda omnia ſubijcio, cenſura & caſtigatione te vti, ac humilitatis meæ memorem diu viuere exopto.*

OPVS
QVOD IVDICIALE
INQVISITORVM
DICITVR

PER FRATREM VMBERTVM LOCATVM PLAcentinum Inquiſitorem Sacræ Theologiæ profeſſorem ex diuerſis eiuſdem Sacræ Theologiæ, & I. V. D. extractum.

A

ABIVRARE, ET ABIVRATIO QVID.

1 ABIVRARE, licet ſecundum Ci. li. primo ad Atticum ſimpliciter negare ſignificet, Mihi autem (inquit Cic.) abiurare certius eſt, q̃ dependere, & ſecundũ Virgilium in 8. AEneid. contra ius tenere, ipſo poeta dicente, Abſtractæq; boues, abiurateq; rapinę, ſecundum Doctores tamen, & prout noſtrę deſeruit intentioni, abiurare proprie eſt rem aliquam cum iuramento negare, & deteſtari, Quicunq; ergo id ꝙ prius affirmauit cum iuramento, & maxime in iudicio, reuocauerit, & cum iuramento negauerit, abiuraſſe dicitur. Qui namq; propria confeſſione, vel facti euidentia, vel teſtium legitima atteſtatione de hæreſi fuerit conuictus, vel de ea ſuſpectus, ſecũdum qualitatem ſuſpicionis, hæreſim debet abiurare, vt in. c. accuſatus de hære. li. 6. & c. ad abolendam de hære. & ſi relabatur, pœna relapſis debita punietur iuxta. di. c. accuſatus, niſi primo abiurauerit tamq̃ leuiter ſuſpectus, quia ſecundo licet grauius puniri debeat q̃ primo, non tamen pœna relapſorum, quam abiurationem ſi reus negat facere, non videtur vere redire, ideo tamq̃ hæreticus eſt damnandus iuxta c. ad abolendam & c. excommunicamus, de hęre. & nota ꝙ qui abiurauit tamq̃ leuiter ſu-

Abiurare negãs quid.

SERIES CHARTARVM.

✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z, AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ, AAa BBb CCc DDd EEe FFf GGg HHh IIi KKk LLl MMm NNn OOo PPp QQq RRr SSſ TTt VVu XXx YYy ZZz, AAaa BBbb CCcc DDdd EEee FFff GGgg HHhh IIii.

Omnes ſunt duérniones.

ROMAE,

Apud Hæredes Antonij Bladij Impreſſores Camerales

Anno. M. D. LXVIII.